$P_{36}$, ~$P_{22}$

# ‹Incipivnt ivdicia Theodori, Greci et episcopi Saxonvm›

‹1a› In ordinatione æpiscopi uel prespiteri siue diaconi uel subdiaconi oportet æpiscopum misam agere. ‹1b› Similiter Greci faciunt quando abbatem, abbatisam elegunt.

‹2› In monachorum ordinationibus abbas debet missam agere et tres orationes complere super capud eius; et VII dies uelat capud suum coculla sua, et VII$^{o}$ die abbas tollat uelamin (id est de capite monoch‹i›), sicut in babtismo presbiter VII die uelamin infantium abstollit: ita et abbas debet monacho, quia secundum baptismum est iuxta iuditium patrum, et omnia peccata dimituntur sicut in baptismo.

‹3› Presbiter potest abbatisam consecrare cum misse celebratione.

‹4› In abbatis ordinatione æpiscopus debet missam agere et eum benedicere inclinato capite cum duobus testibus uel tribus de fratribus suis; et dat baculum et pedules.

‹5› Sanctæmoniales et bassilice cum missa semper debent consecrari.

‹6a› Greci simul benedicunt uiduam et uirginem, et utrumque abbatissam eligunt.

‹6b› Romani non uelant uiduam sed uirginem tantum.

‹7› Nullum perfectum credimus in baptismo sine confirmatione æpiscopi; tamen non disperamus.

‹8› In Necena sinodo crisma fuit constitutum.

‹9› Sacrifitium non accipiendum de manu sacerdotis qui ordinationes uel lectiones secundum ritum implere non potest.

---

*Textus ex $P_{36}$ laudatus*
*Variae lectiones ex $P_{22}$ haustae*

**1** incipivnt ivdicia theodori *(*teodori $P_{22}^{a.c.}$*)* greci et episcopi saxonvm $P_{22}$, *lacuna* $P_{36}$ *(sed uide finem textus in* $P_{36}$*)* **3** presbiteri $P_{22}$ **4** subdiaconi $P_{22}$, subdiac̄ $P_{36}$ | missas $P_{22}$ **5** abbatem] aut *add. sup. lin.* $P_{36}^{a.m.}$ | abatem eligunt uel abbatizam $P_{22}$ **6** monachi ordinatione $P_{22}$ | tres] III $P_{22}$ **7** capud$^{1}$ – capud$^{2}$] caput – caput $P_{22}$ **8** cocollo suo $P_{22}$ | abbas] abb̄ $P_{22}$ | uelamen $P_{22}$ *et corr. (e* uelamin*)* $P_{36}^{a.m.}$ | id est] .i. $P_{36}$, id $P_{22}$ | capite] cacapite $P_{36}^{a.c.}$ **9** monachi $P_{22}$, monochō $P_{36}$ | baptismo $P_{22}$ | prębiter $P_{22}^{a.c.}$ | uelamen $P_{22}$ *et corr. (e* uelamin*)* $P_{36}^{a.m.}$ | infantum abstulit $P_{22}$ **10** quia $P_{22}$, ꝗ $P_{36}$ | secundum] seđ $P_{22}^{p.c.}$, sed $P_{22}^{a.c.}$ | babtismum $P_{22}$ **11** iudicium $P_{22}$ | dimittantur $P_{22}$ | babtismo $P_{22}$ **12** abbatizam $P_{22}$ | cum misse] commisæ $P_{22}$ **13** ęp̄s $P_{22}$, æpīs $P_{36}$ **14** duobus – tribus] II uel III testibus $P_{22}$ **15** dat] ei *add.* $P_{22}$ **16** basilicę $P_{22}$ | cum missa $P_{22}^{a.c.}P_{36}$, commissa $P_{22}^{p.c.}$ **18** utramque abbatizam $P_{22}$ **19** eligūnt $P_{36}$ **20** romani] autem *add.* $P_{22}$ | tantum] tam*n $P_{22}$, tamen *corr.* $P_{22}^{a.m.}$ **21** ꝑfectum *codd.* | baptismo] babtismo esse $P_{22}$ **22** ępī $P_{22}$, æpīs $P_{36}$ | non] ne $P_{22}$ **23** necena sinodo $P_{36}$, nicena sinodo *corr. (e* necena*)* $P_{36}^{a.m.}$, sinodo niceno $P_{22}$ **24** sacrificium $P_{22}$ **25** ordinationes – lectiones] orationes – electiones $P_{22}$

---

**1a**: B1a, C1, G2a (G1 ?), XVIII.2a (XVIII.1 ?) | **1b**: B1b, C2, G2b, XVIII.2b | **2**: B2a, C3, G3, XVIII.3 | **3**: B2b, C4, G5, XVIII.4 | **4**: B3, C5, G4a, XVIII.5 | **5**: B4a, C6, G6, XVIII.6 | **6a**: B4b, C7a, G7, XVIII.7a | **6b**: B4c, C7b, G11, XVIII.7b | **7**: B5, C173, G12, XIX.5 | **8**: B6, C174, G4b, XIX.6 | **9**: B10, C22, G17, XVII.10

‹10a› Cum Grecis non frangunt panem sancta‹m› nec collectionem dic‹unt› ‹10b› uel 'dominus uobiscum' diacones nec conpleta.

‹11a› Qui bis baptisati sunt ignorantes, non indigent penitentiam nisi quia secundum canones non possunt ordinari nisi pro magna necessitate.

‹11b› Qui autem non ignorant, quasi iterum Christum crucifixerunt, peniteant VII annis: IIII feria et VI feria et III XŁmis.

‹12› De operibus diei dominici: Greci et Romani in die dominica nauigant et equitant, panem non faciunt nec in corru ambulant nisi ad aeclesiam tantum, nec balneant se.

‹13› Greci non scribunt poplice, tamen pro necessitate seorsum in domu scribunt.

‹14› Qui operantur in die dominico: Greci prima uice arguunt; II tollant aliquid; III uice tersiam partem de rebus, et uapulant, uel VII diebus peniteant.

‹15› Greci et Romani dant seruis suis uestimenta et laborant excepto dominico die.

‹16› Grecorum monachi seruos non habent; Romani habent.

‹17a› Ligna aeclesiae non habent ad aliquid opus nisi ad aeclesiam aliam, si necese est, uel igni conburenda uel ad profectum in monosterio fratribus.

‹17b› In laicalia uero opera non debent procedere.

‹18› Aeclesiam debent (licet) ponere in alio loco, si necesse si‹t›, et non debent iterum sanctificari nisi tantum preter aquam aspergere.

‹19a› Greci carnem morticinum non dant porcis suis, ‹19b› pelles autem eorum ad calciamenta; et lana et curnua liquent accipi, sed non in sanctam aliquid.

---

**26** grecis] diacones *add.* $P_{22}$ | frangunt̄ $P_{36}$ | sanctam *scripsi*, scā $P_{36}$, scm̄ $P_{22}$ **27** dicunt $P_{22}$, dicitur *(uid.)* $P_{36}$, dic̄ *corr.* $P_{36}^{a.m.}$ | diacō $P_{36}$, *om.* $P_{22}$ **28** bis $P_{36}$ *et corr.* $P_{22}^{a.m.}$, *om.* $P_{22}$ | babtizati $P_{22}$, baptizati *corr. (e* baptisati*)* $P_{36}^{a.m.}$ **29** quia] ꝗ $P_{36}$, quod $P_{22}$ **31** autem $P_{36}$ *et corr.* $P_{22}^{a.m.}$, aut $P_{22}$ **32** peniteat $P_{22}^{a.c.}$ | VI] VII $P_{22}^{a.c.}$ | III XŁmis] in III XLmis agant $P_{22}$ **33** DE OPERIBVS (OPERBVS $P_{22}^{a.c.}$) DIE DOMINICI $P_{22}$ **34** curru $P_{22}$ *et corr. (e* corru*)* $P_{36}^{a.m.}$ | ambulant] ambulunt $P_{36}^{a.c.}$ **35** balneant] balaneant $P_{36}^{a.c.}$ **36** puplice $P_{22}$ *et corr. (e* poplice*)* $P_{36}^{a.m.}$ **38** operatur $P_{22}$ | dominica $P_{22}$ | II] secunda $P_{22}$ **39** aliquid] ante eum *add.* $P_{22}$ | III] tertia $P_{22}$ | tertiam $P_{22}$ *et corr. (e* tersiam*)* $P_{36}^{a.m.}$ | rebus] tollant *add.* $P_{22}$ | uabulant $P_{22}$ **40** peniteant $P_{36}$ *et corr.* $P_{22}^{a.m.}$, penitent $P_{22}$ **41** uestimenta] suis *add.* $P_{36}^{a.c.}$ **44** ligna $P_{36}$ *et corr.* $P_{22}^{a.m.}$, signa $P_{22}$ | habent] debent $P_{22}$ | aliquid] aliꝙd $P_{22}$ **45** necese $P_{36}$, necesse $P_{22}$ **46** monasterio $P_{22}$ **48** debent *om.* $P_{22}$ | alium locum $P_{22}$ | sit $P_{22}$ *et corr.* $P_{36}^{a.m.}$, si $P_{36}$ **49** debet $P_{22}$ | tantum] tamen $P_{22}$ | preter *sic* $P_{36}$ *(male pro* presbiter*)*, *om.* $P_{22}$ | aqua $P_{22}$ **50** morticinam $P_{22}$ | porcis] purcis $P_{36}^{a.c.}$ **51** calciamentum $P_{22}$ | curnua $P_{36}$, cornua $P_{22}$ | liquent *sic* $P_{36}$, licent $P_{22}$ *et corr.* $P_{36}^{a.m.}$ **52** sanctam] scām $P_{36}$, scm̄ $P_{22}$

---

**10a**: B11a, C32a, G18, XVII.14a | **10b**: B11b, C32b, XVII.14b | **11a**: B12, C65, G24, X.1 **11b**: B13a, C66a, G33a, X.2a | **12**: B14a, C71, G54, XXIII.1 | **13**: B14b, C72, G55a, XXIII.2 **14**: B15, C73, G55b, XI.1 | **15**: B16, C74, G56a, XXIII.3 | **16**: B17, C75, G56b, XXIII.4 | **17a**: B18a, C54a, G134a, XVI.3a | **17b**: B18b, C54b, G134b, XVI.3c | **18**: B19, C53, G135, XVI.1a **19a**: B20, C114a, G136a, XXIII.7a | **19b**: B21, C114b, G136b, XXIII.7b

‹20a› Tamen si cassu porci commederint carnem morticinum aut sanguinem hominis, non esse abiciendos credimus, ‹20b› nec gallinas equali modo.

‹21a› Animalia que a lupis siue canibus consumantur non sunt cummedenda, ‹21b› nisi porcis et canibus; ‹21c› nec seruus nec caprus si mortui inuenti sunt; ‹21d› pisces autem liquent quod alterius nature sunt.

‹22› Equum non prohibent; tamen consuetuto est non comedere.

‹23a› Porci qui sanguinem gustantes tetigerint manducentur.

‹23b› Sed qui cadauera mortuorum lacerantes manducant carnes eorum non liquet comed‹er›e usque materentur.

‹24› De peste mortalitatis Greci et Romani dicunt ipsos infirmos uisitare debere sicut ceteros infirmos, sicut dominus precipit. *cf. Mt 25:36 /25:43*

‹25a› Greci omni dominica die commonicant, siue cleri siue laici; et qui tribus dominicis non commonicauerit excommonicetur.

‹25b› Romani similiter commonicant qui uolunt; qui autem noluerint excommonicentur.

‹26› Penitentes autem secundum canones non debent cummunicare ante consummationem pænitentiæ. Theodorus dicit: nos autem per misericordiam post annum uel sex menses liquentiam damus.

‹27› Una penitentia est uidue et puelle; maiorem meruit que uirum habet si fornicationis cremin commisserit.

‹28› Si quis gentilis demiserit uxorem gentilem, in potestatem erit post baptismum habere eam uel non habere.

---

**53** cassu $P_{36}$ *et corr.* $P_{22}^{a.m.}$, casu $P_{22}$ | morticinorum $P_{22}$ **54** esse *om.* $P_{22}$ | abitiendos $P_{22}$ **55** equali] simil $P_{22}$ **56** siue] uel a $P_{22}$ | consummantur $P_{22}$ **57** commedenda *corr.* $P_{22}^{a.m.}$, commdenda $P_{22}$ | seruus $P_{36}$, ceruus $P_{22}$ *et corr.* $P_{36}^{a.m.}$ | nec[2]] aut $P_{22}$ | caper *corr. (e* caprus*)* $P_{36}^{a.m.}$ **58** mortui] mortui******** $P_{22}^{a.c.}$ | licent $P_{22}$ *et corr. (e* liquent*)* $P_{36}^{a.m.}$ | quod] ꝙ $P_{36}$, ꝙ $P_{22}$ **60** consuetudo $P_{22}$ *et corr. (e* consuetuto*)* $P_{36}^{a.m.}$ **63** licet $P_{22}$ | com(m)edere $P_{22}$ *et corr.* $P_{36}^{a.m.}$, comerde $P_{36}$ | usque] quo *add. sup. lin.* $P_{36}^{a.m.}$ | materentur $P_{36}$, macerentur $P_{22}$ *et corr.* $P_{36}^{a.m.}$ **64** DE PESTE MORTALI GRECI ROMANI DICVNT $P_{22}$ **65** precepit *corr. (e* precipit*)* $P_{36}^{a.m.}$ **66** dominico $P_{22}$ | communicant $P_{22}$ | cleri $P_{36}$, clerici $P_{22}$ *et corr.* $P_{36}^{a.m.}$ **67** tribus] III $P_{22}$ | communicauerit *(*excommunicauerit $P_{22}^{a.c.}$*)* excommunicetur $P_{22}$ **68** communicant $P_{22}$ **69** excommunicentur $P_{22}$ **70** autem *om.* $P_{22}$ | secundum] scđ $P_{22}$ | cummunicare] cummunicent** $P_{22}$, communicentur *corr.* $P_{22}^{a.m.}$ **71** TEODORVS DICIT $P_{22}$ | ꝑ misericordiam $P_{36}$, ꝑ misericordia $P_{22}$ **72** uel] ł $P_{36}^{p.c.}$, łex $P_{36}^{a.c.}$ | sex] VI $P_{22}$ | licentiam $P_{22}$ *et corr. (e* liquentiam*)* $P_{36}^{a.m.}$ **74** crimen $P_{22}$ *et corr. (e* cremin*)* $P_{36}^{a.m.}$ **75** demisserit $P_{22}$ | in – **76** baptismum] post babtismum in potestate eius erit $P_{22}$

---

**20a**: B22, C115a, G137a, XXVI.7a | **20b**: C117, G137b, XXVI.7b | **21a**: B23a, C118a, G138a, XXVI.1a | **21b**: B23b, C118b, G138b, XXVI.1d | **21c**: B23c, C118c, G142a, XXVI.1b | **21d**: B24a, C120, G142b, XXVI.3 | **22**: B24c, C121, G144, XXVI.4 | **23a**: B78a, C115b, XXVI.7c; ~ D103b | **23b**: B78b, C116, G138c, XXVI.8 | **24**: B25, C175, XXIII.6 | **25a**: B26, C49, G59a, XII.1 | **25b**: B27, C50a, G59b, XII.2 | **26**: B29, C51, G123, XII.4; cf. D115d | **27**: B30, C176, G124, II.14 | **28**: B31a, C84, G75, XXVII.18

‹29a› In tersia prouincitate prouincia carnis secundum Grecos liquet nubere, ‹29b› sicut in lege scriptum est; in V secundum Rumanos, tamen in IIII[a] non soluunt coniogium post factum fuerit. *cf. Lv 18:10, 18:12–14*

‹30› In III[a] prouincia non liquet uxorem alterius post obitum eius habere.

‹31› Digamus peniteant I anno: IIII feria et VI feria et in XLmis III abstineant se a carnibus; non ‹dimittat tamen uxorem.

‹32› Bigamus ut supra — id est in IIII et VI uel plus — VII annis peniteat›: IIII feria et VI feria et in III XLmis ‹abstineat se a carnibus; non seperantur tamen›.

‹33› Monachus fornicatus fuerit, VI annis peniteat.

‹34› In primo coiugio debet presbiter missam agere et benedicere ambos, et postea abstineant se ab æclesia XXX diebus; quibus peractis peniteant XL diebus et uaceant orationi, et postea commonicant com oblatione.

‹35› Ingenuos cum ingenuo coiogi debet.

‹36a› Cuius uxorem hostis abstolerit et non potest repetere eam, liquet ei aliam accipere. Melius est quam fornicari.

‹36b› Si postea reddeat uxor, non debet recipere eam si aliam habet; sed ipsa accipiat alterum uirum si unum ante habuit.

‹37› Si quis maritus (aut si qua mulier) uotum domino habet uirginitatis, adiungitur uxori postea, non dimitat uxorem sed peneteat III annis.

‹38› Vota stulta frangenda sunt et inportabilia.

---

**77** in tertia *corr. (ex* in tersia*)* $P_{36}^{a.m.}$, interia $P_{22}$ | prouincitate prouincia *sic* $P_{36}$, prouicinitate prouincia $P_{36}^{a.m.}$, propinquia $P_{22}$ | secundum] secūm $P_{36}$, seđ $P_{22}^{p.c.}$, sed $P_{22}^{a.c.}$ | grecos] grē $P_{22}$ | licet $P_{22}$ *et corr. (e* liquet*)* $P_{36}^{a.m.}$ **78** in V] tertia quinta $P_{22}$ | secundum] sed $P_{22}$ | rumanos $P_{36}^{p.c.}$, rumanus $P_{36}^{a.c.}$, romanos $P_{22}$ **79** IIII[a]] quarta $P_{22}$ | coniogium *om.* $P_{22}$ | postquam $P_{22}$ **80** in III[a]] in tertia $P_{22}^{p.c.}$, intentia *(uid.)* $P_{22}^{a.c.}$ | prouincia] propinquia tantum $P_{22}$ | licet $P_{22}$ *et corr. (e* liquet*)* $P_{36}^{a.m.}$ **82** digamus $P_{36}^{p.c.}$, dirigamus *(uid.)* $P_{36}^{a.c.}$, bigamus $P_{22}$ | pęniteat $P_{22}$ | I anno] anno I $P_{22}$ | VI] sexta $P_{22}$ | in XLmis III] III XLmis $P_{22}$ **83** se] a uino et $P_{22}$ | dimittat – **85** peniteat $P_{22}$, seperantur tamen $P_{36}$ *(per homoioteleuton cum* carnibus non *in c. 32 ?)* **84** bigamus ut *sic* $P_{22}$ *(male pro* trigamus et*)* **85** III XLmīs $P_{36}$, tribus XLmis $P_{22}$ | abstineat – **86** tamen *conieci cum* ***BCU***, abstineat se a uino et a carnibus non dimittat tamen uxorem $P_{22}$, *om.* $P_{36}$ **87** monachus] si *add. sup. lin.* $P_{36}^{a.m.}$ | fornicatus fuerit] fornicationem faciens $P_{22}$ | VI] VII $P_{22}$ **88** coniugio $P_{22}$ | misam $P_{22}$ **90** uaceant *(uid.)* $P_{36}$, uacent *corr.* $P_{36}^{a.m.}$, uaccent $P_{22}$ | cummunicent cum $P_{22}$, commonicent cum *corr. (e* commonicant cō*)* $P_{36}^{a.m.}$ **92** ingenuus $P_{22}$ *et corr. (ex* ingenuos*)* $P_{36}^{a.m.}$ | ingenua coniungi $P_{22}$, ingenua coniugi *corr. (ex* ingenuo coiogi*)* $P_{36}^{a.m.}$ **93** cuius] cui $P_{22}$ | abstulerit $P_{22}$ *et corr. (ex* abstolerit*)* $P_{36}^{a.m.}$ **94** licet $P_{22}$ *et corr. (e* liq;et *[sic])* $P_{36}^{a.m.}$ | quam] ꝗ $P_{36}$ **95** si] nam *praem.* $P_{22}$ | redeat $P_{22}$ | habeat $P_{22}$ **96** sed *om.* $P_{22}$ | accipiet $P_{22}$ **97** domino *om.* $P_{22}$ **98** adiugitur $P_{36}^{a.c.}$ | dimittat $P_{22}$ | oxorem $P_{22}^{a.c.}$

---

**29a**: B32a, C82a, G78a, XXVII.26a; = D158a | **29b**: B32b, C82b, G78b, XXVII.26b | **30**: B32c, C83, G78c, XXVII.27 | **31**: B33, C177, G85/G177a, XIV.2 | **32**: B34a, C178, G177b, XIV.3 **33**: B93, C162, G88, VIII.6a | **34**: B34b, C78, G62, XIV.1 | **35**: B80a, C93, G73, XXVIII.4; cf. D103c | **36a**: B35a, C86, G72a, XXVII.24 | **36b**: B35b, C87a, G72b, XXVII.25a; cf. D103e **37**: B38, C88, G63, XIV.5 | **38**: B36b, C202, G64, XIV.6

‹39› Mulier non debet uotum uouere sine licentia uiri sui; sed si uouerit, dimiti potest.

‹40a› Pro defuncto monocho misa agitur in die sepulture eius, III die, et postea quandum uoluerit abbas.

‹40b› Pro laico bono III uel VII post ieiunium; pro penitente XXX die uel VII, et propinquis eius oportet ieiunare V die et oblationem offerre ad altare, sicut in Iesu filio Sirah legitur: Et pro Saul filii *cf. 2 Sm 1:12* Israhel ieiunauerunt; postea quandum uoluerit prespiter.

‹41› Secundum Grecos prespitero liquat uirginem sancto uelamine consecrari et reconsiliare penetentem et facere oleum exorcisatum eum et infirmis crisma si necesse sit. Secundum Romanos non nisi aepiscopis solis.

‹42a› Mulieres monstruo tempore non intrent aeclesiam neque commonicent, nec sanctemoniales nec laice; si presumant, III ebdomadibus peniteant.

‹42b› Similiter peniteant que intrant æclesiam ante mundum sanguinem post partum, id est XL diebus.

‹43a› Infans pro infante potest dari ad monosterium deo, quamuis alium uouiset; et tamen melius est uotum implere.

‹43b› Similiter pecora cetera, si necesse, est pro eo equali.

‹44› Lauacrum capitis potest esse in dominico die, et in liusiua pedes lauare.

‹45› Presbiter decimas dare non cogetur.

‹46› Reliquie sanctorum uenerande sunt.

‹47› Si potest fieri, candella ardeat per singulos noctes. Si autem paupertas loci non sinit, non nocet eis.

‹48› Incen‹s›um domino incenditur in natale sanctorum pro reuerentia diei, quia ipsi pro reuerenti diei sicut lilia dederunt odorem

---

**101** uouere uotum $P_{22}$ | licentiam $P_{36}^{a.c.}$ | sui sed *om.* $P_{22}$ **102** dimitti $P_{22}$ **103** monacho $P_{22}$ *et corr. (e* monocho*)* $P_{36}^{a.m.}$ | agatur $P_{22}$ | eius] et *add.* $P_{22}$ **104** quandum $P_{36}$, quantum $P_{22}$ *et corr.* $P_{36}^{a.m.}$ | abas $P_{22}^{a.c.}$ **105** III] die *add.* $P_{22}$ | VII] VI $P_{22}$ **106** propinqui $P_{22}$ | oportet ieiunare] ieiunare debent $P_{22}$ | die²] dies $P_{22}$ **107** sirac $P_{22}$, sirach *corr. (e* sirah*)* $P_{36}^{a.m.}$ **108** quandum $P_{36}$, quantum $P_{22}$ *et corr.* $P_{36}^{a.m.}$ | presbiter $P_{22}$ **109** grecos] grē $P_{22}$ | presbitero $P_{22}$ | licet $P_{22}$ *et corr. (e* liquat*)* $P_{36}^{a.m.}$ **110** reconsiliari $P_{22}$, reconciliare *corr. (e* reconsiliare*)* $P_{36}^{a.m.}$ | penitentem $P_{22}$ *et corr. (e* penetentem*)* $P_{36}^{a.m.}$ | exercizatum $P_{22}$, exorcizatum *corr. (e* exorcisatum*)* $P_{36}^{a.m.}$ | eum *om.* $P_{22}$ **111** infimis $P_{22}^{a.c.}$ | romanos] rom̄ $P_{22}$ **113** menstruo $P_{22}$ *et corr. (e* monstruo*)* $P_{36}^{a.m.}$ **114** communicent $P_{22}$ **116** peniteant $P_{22}$, penānt $P_{36}$ | ęcłam $P_{22}$, æcł $P_{36}$, in *praem.* $P_{22}$ **118** monasterium $P_{22}$ *et corr. (e* monosterium*)* $P_{36}^{a.m.}$ **119** uouisset $P_{22}$ | est *om.* $P_{22}$ **120** peccora $P_{22}$ **121** lauacum $P_{22}$ | die *om.* $P_{22}$ | liusiua] lixa $P_{22}$ **123** cogatur $P_{22}$ **125** candella $P_{36}^{a.c.}$, candela $P_{22}P_{36}^{p.c.}$ | singulas $P_{22}$ *et corr. (e* singulos*)* $P_{36}^{a.m.}$ **127** incensum $P_{22}$, incenaū $P_{36}$, in cena uero *corr.* $P_{36}^{a.m.}$ | domino] domini $P_{22}$ **128** quia $P_{22}$, ꝗ $P_{36}$ | pro reuerenti diei *om.* $P_{22}$ | reuerenti $P_{36}$, reuerentia *corr.* $P_{36}^{a.m.}$

---

**39**: B37, C89, G69, XIV.7 | **40a**: B41a, C41, G131a, XX.3 | **40b**: B41b, C44, G131b, XX.6 | **41**: B42, C29, G8, XVIII.8 | **42a**: B43a, C105, G125, XIV.17 | **42b**: B43b, C106, G126a, XIV.18 **43a**: B52a, C183, G163, XXIX.5 | **43b**: B52b, C184, XXIX.6 | **44**: B54, C77, G170a, XXIII.8a **45**: B56, C21, G156, XVII.8 | **46**: B58a, C62, G165a, XVI.7 | **47**: B58b, C63, G165b, XVI.8 **48**: B59, C61, XVI.9

suauitatis et asperserunt æclesiam dei sicut incensu aspergitur aeclesia primitus iuxta altare.

‹49› Inuentio in uia accipienda; si inuenit possesorem, reddet ei.

‹50› Laicus in æclesia non debet recitare nec alleluia dicere, sed salmos tantum et responsoria sine alleluia.

‹51› Mulier potest oblationes facere secundum Grecos, non secundum Romanos.

‹52› In illa die ante natale domini hora nona expleta id est uigilia domini manducant Romani. Greci dicto uespere missa canant.

‹53› Tributum æclesiæ sit sicut consuetudo est prouincie; tamen ne pauperes in decimis uim patiantur.

‹54› Animalia coitu hominibus commixta occidantur et carnes canibus proiciuntur; et ubi dubium est non comedenta.

‹55a› In uno altari duos facere missus conceditur ‹55b› ‹secundum Grecos; secundum Romanos V, propter V cruces quas inponit episcopus quando consecratur›. ‹55c› Et ille qui primus manducare probatur ad osculum non permititur.

‹56a› Vir abstineat se ab uxore sua XL dies ante pasca et in prima ebdomada post pasca; ‹56b› post penticosten una ebdomada.

‹57› Infantes monosteri XIIII annis carnem manducant.

‹58› Confessio deo soli, si necesse est, agi licet.

‹59› Gentiles mortui de locis sanctorum eicienti sunt.

‹60› Missas secularium mortuorum ter in annum: III die et nona die et XXX die debet agere, quia resurrexit dominus III die, et nona hora emissit spiritum, et XXX diebus Moisen fili Israhel planxerunt. *Mt 27:50*

‹61› De libertate monosteri lauandi pedes laicorum, nisi in cena *| cf. Dt 34:8*
domini.

---

**129** æclesiam $P_{22}$ *et corr.* $P_{36}^{a.m.}$, æcłe iam $P_{36}$ | sicut $P_{22}^{a.c.}P_{36}$, sic $P_{22}^{p.c.}$ | incenso $P_{22}$ | ęclesiam $P_{22}$ **131** inuenta $P_{22}$ | accipienda] est *add.* $P_{22}$ | inuenerit $P_{22}$ | reddet $P_{22}^{a.c.}P_{36}$, reddat $P_{22}^{p.c.}$ **132** ęclesiam $P_{22}$ **133** psalmos $P_{22}$ | tantum] tamen $P_{22}$ **134** mulieres possunt $P_{22}$ | secundum] seđ $P_{22}$ | grecos] grē $P_{22}$ **135** secundum] sunt $P_{22}$ | romañ $P_{22}$ **137** romañ $P_{36}$ | uespere] et *add.* $P_{22}$ | missam *corr. (e* missa*)* $P_{36}^{a.m.}$ | coenant $P_{22}$, cantant *corr. (e* canant*)* $P_{36}^{a.m.}$ **138** est *om.* $P_{22}$ **139** pauperes] paperes $P_{22}^{a.c.}$ **140** hominibus] hominis $P_{22}$ **141** proiciantur $P_{22}$ | commedenda $P_{22}$ *et corr. (e* comedenta*)* $P_{36}^{a.m.}$, occidenda *add.* $P_{22}$ **142** duas facere missas $P_{22}$ *et corr. (e* duos facere missus*)* $P_{36}^{a.m.}$ | concedetur $P_{22}$ | secundum – **144** consecratur $P_{22}$, *om.* $P_{36}$ | secundum] seđ $P_{22}^{p.c.}$, sed $P_{22}^{a.c.}$ **143** grecos] grē $P_{22}$ | secundum] seđ $P_{22}^{p.c.}$, sed $P_{22}^{a.c.}$ **144** primus] prius $P_{22}$ **145** permittitur $P_{22}$ **146** sua] probria *add.* $P_{22}$ | pascha $P_{22}$ **147** ebdomada[1]] ebb̄ $P_{22}$ | pasca] pascha et $P_{22}$ | penticosten $P_{22}^{p.c.}P_{36}$, penticosden $P_{22}^{a.c.}$ **148** infantes] infrañs $P_{22}$ | monasterii *corr. (e* monosteri*)* $P_{36}^{a.m.}$, in monasteriis $P_{22}$ | annis] annorum $P_{22}$ | manducent $P_{22}$ **150** eiciendi $P_{22}$ *et corr. (ex* eicienti*)* $P_{36}^{a.m.}$ **151** misæ $P_{22}$ | nona] VIIII $P_{22}$ **152** debet agere *om.* $P_{22}$ | surrexit $P_{22}$ **153** emisit $P_{22}$ | spiritum emisit $P_{22}$ | moysen filii $P_{22}$ **154** monasterii $P_{22}$

---

**49**: B65, C187, XXIX.9 | **50**: B66, C188, G160, XVI.10 | **51**: B67, C48, XXII.4 | **52**: B70, C38, (G172 ?), XXIII.5; cf. D96 | **53**: B76, C59, G158, XXIX.10 | **54**: B77, C123, G139, XXVI.9; cf. D103a | **55a**: B84a, C40a, XVI.2a | **55b**: — | **55c**: B84b, C40b, XVI.2c | **56a**: B85a, C102a, XXVII.2 | **56b**: B85b, C102b | **57**: B86c, C196 | **58**: B88, C192, G38a, XII.7; = D150 | **59**: — | **60**: B90, C45, G151, XX.5 | **61**: B92b, C194, XXI.15

‹62› De indulgentia malarum cogitationum si opere non inplentur.

‹63› Promisio cito inplenda est, quia mors non tardat. *Sir 14:12*

‹64› Qui cum sorore fornicatur XIIII annis peniteat.

‹65› Sacerdus tangendo mulierem coinquinatus XL diebus peniteat.

‹66› Clericus nullatenus pugnare nisi in multo ne ut consilio seruorum dei.

‹67› Non licet diacono laico iudicare penitentiam, sed episcopis aut presbiteris.

‹68› Maritus non debet uxorem suam nudam uidere.

‹69› Infirmis liqueat omni hora quando desiderant.

‹70› Cuius uxor est infidelis et gentilis et non potest eam conuertere, demitat eam.

‹71› Abbati si liquet monosterium suum ali dare in potestatem? N‹on — nec› post obitum eius nec eo uiuente — sine uoluntate monachorum: nec propinquo nec alieno. Sed ipsi eligant sibi abbatem si prior obedierit aut disceserit; simili modo si peccauerit abbas.

‹72a› Nec episcopo liqueat tollere possesionem monosteri, quamuis peccauerit abbas; ‹72b› sed mitat eum in aliud monasterium in potestate alterius.

‹73› Abbati non liquet nec aepiscopo terra aeclesiae uendere ad aliam, quamuis in potestate eius sunt ambe.

‹74› Si mutuam uult terram aeclesiae, consensu amborum faciat.

‹75› Si quis uult monosterium suum in alio loco ponere, faciat cum consilio æpiscopi et fratrum suorum, et demitat in priore loco presbiterum ad ministeriam æclesiae.

---

**156** indulgentia $P_{22}$, indulgentitia $P_{36}$ | malarum $P_{22}^{p.c.}P_{36}^{p.c.}$, malorum $P_{22}^{a.c.}P_{36}^{a.c.}$ | si] non *add.* $P_{22}$ | inplentur $P_{36}^{p.c.}$, inp*lentur $P_{36}^{a.c.}$, impleatur $P_{22}$ **157** promissio $P_{22}$ **158** peniteat $P_{22}$, penī $P_{36}$ **159** peniteat $P_{22}$, penit $P_{36}$ **160** clerī $P_{36}$ | clericus nullatenus] seruus dei non debet ullatenus $P_{22}$ | multo ne ut $P_{36}$, multitudine aut *corr.* $P_{36}^{a.m.}$, multorum sit $P_{22}$ **161** seruuorum *(sic)* $P_{22}$ **162** penitentiam iudicare $P_{22}$ | | episcopis aut presbiteris] ępiscopo aut presbitero $P_{22}$ **164** uxorem – uidere] habere uxorem suam nudam $P_{22}$ **165** liceat $P_{22}$ *et corr. (e* liqueat*)* $P_{36}^{a.m.}$ | hora] cibum et potum *add.* $P_{22}$ | quando] quandocumque $P_{22}$ **167** dimittat $P_{22}$ | eam *om.* $P_{22}$ **168** licet $P_{22}$ *et corr. (e* liquet*)* $P_{36}^{a.m.}$ | monasterium $P_{22}$ *et corr. (e* monosterium*)* $P_{36}^{a.m.}$ | alii $P_{22}$, alio *corr. (ex* ali*)* $P_{36}^{a.m.}$ **169** non nec $P_{22}$, ne $P_{36}$ **170** eligunt $P_{22}$ **171** obedierit] obierit $P_{22}$ | discesserit $P_{22}$ **172** liceat $P_{22}$ *et corr. (e* liqueat*)* $P_{36}^{a.m.}$ | possessionem $P_{22}$ | monasterii $P_{22}$ | quamuis] ꝗs $P_{36}$ **173** abbas] abb̄ $P_{22}$ | mittat $P_{22}$ **174** potestatem $P_{22}$ **175** licet $P_{22}$ | nec] neque $P_{22}$ | aep̄is terra aecł $P_{36}$, æp̄o terram æcłæ $P_{22}$ **176** potestatem $P_{22}$ | sint $P_{22}$ **178** monasterium $P_{22}$ | cum consilio] eum consensu $P_{22}$ **179** et[2] *om.* $P_{22}$ | dimit(t)at $P_{22}$ *et corr. (e* demitat*)* $P_{36}^{a.m.}$ **180** ministerium $P_{22}$ *et corr. (e* ministeriam*)* $P_{36}^{a.m.}$

---

**62**: B94, C163, G169, VII.4 | **63**: B96, C212, XXIX.3 | **64**: B98, C154, G89, II.17 | **65**: B99, C24/C150, VIII.1 | **66**: B101, C197, G114, XXIX.4 | **67**: B104, C33, XVII.15 | **68**: B108, C99, XXVII.31 | **69**: B109, C124, G148, XXIX.14 | **70**: C100, G77b, XXVII.19c | **71**: B9a–b, C10–C11, G15–G16, XXI.3–4 + 5a | **72a**: B110a, XXI.5a | **72b**: B110b, C12, D72b, XXI.5b **73**: B111a, C13, G20, XXI.6a | **74**: B111b, C14, G22, XXI.6b | **75**: B112, C15, XXI.7

‹76› Prespitero liqueat solo misam facere, si necesse est, et populum benedicere in parasciuen et crucem sanctificare.

‹77› Qui acciperit sacrificium post cibum, VII diebus; in iudicio episcoporum.

‹78› Qui occiderit monachum uel clericum, arma relinquat et deo seruiat, uel VII annis peniteat. ‹79› Qui autem episcopum uel presbiterum occiderit regi dimitendus est ad iuditium.

‹80a› Si laicus alterum odi meditatione occiderit: si non uult arma relinquere, peniteat VII annis sine carne; ‹80b› si per iram subitam, III annis; si autem cassu uel euentu, uno anno.

‹81a› Peconia aeclesie furata siue rapta reddatur quadruplum; ‹81b› populari dupliciter.

‹82› Si quis fornicauerit cum uirgine, uno anno peniteat; si cum maritata, III annis: I integrum, II alios XL dies peniteat.

‹83› Blasfemis deo agit qui missas deo offert pro malo homine.

‹84› Agustinus dicit pro omnibus christianis esse faciendum, quia uel ei profecit aut offerendi aut penitentem consoletur.

‹85› Mulier que se fornicationis amore ad alteram coniuncserit VII annis peniteat.

‹86› Sic et alia que semen uiri sui miscens cibo ut inde plus eius amore suscipiet.

‹87› Sacramento uirgo fornicans, VII annis peniteat.

‹88› Qui homicidium uel furtum comiserit et non conposuit illis quibus nocuit, quando confessus fuerit æpiscopo uel presbitero peccata sua, debet illis aut propria reddere uel ponere. Si uero non habuerit substantiam unde conponere potest, uel nescierit quibus nocuit, penitentia plus augetur.

---

**181** presbitero $P_{22}$ | licet $P_{22}$, liceat *corr. (e* liqueat*)* $P_{36}^{a.m.}$ | soli missam *corr. (e* solo misam*)* $P_{36}^{a.m.}$ | missam $P_{22}$ | est *om.* $P_{22}$ | populum $P_{22}$, płm $P_{36}$ **182** parasceue $P_{22}$, parasceuen *corr. (e* parasciuen*)* $P_{36}^{a.m.}$ **183** cybum $P_{22}$ | diebus] peniteat *add.* $P_{22}$ | iudicium ępiscopi $P_{22}$ **185** clericum $P_{22}$, clerī $P_{36}$ | arma] **arma $P_{36}^{a.c.}$ **186** penīt *codd.* | autem *om.* $P_{22}$ **187** occiderit $P_{22}$, occī $P_{36}$ | dimittendus $P_{22}$ | iuditium] iudicandum $P_{22}$ **188** odii $P_{22}$ *et corr. (ex* odi*)* $P_{36}^{a.m.}$ **189** peñ(it) *codd.* | subitam] subditam $P_{36}^{a.c.}$ **190** annis] añ *codd.* | casu $P_{22}P_{36}^{p.c.}$ **191** pecunia $P_{22}$ | aeclesie] æclesiastica $P_{22}$ | reddatur $P_{22}$, reddatʼ *(quasi* reddatus*)* $P_{36}$ **192** popularia $P_{22}$ **193** peñi $P_{36}$, *om.* $P_{22}$ **194** maritata] maritana $P_{22}$, *** *add.* $P_{36}^{a.c.}$ | alios] uel aliis *add. sup. lin.* $P_{22}^{a.m.}$ | XL dies] XLmis diebus $P_{22}$ | peniteat $P_{22}$, penīt $P_{36}$ **195** blasphemias $P_{22}$ | offeret $P_{22}$ | homine malo $P_{22}$ **196** agušt $P_{36}$, ᴀɢ̄ꜱ $P_{22}$ | quia $P_{22}$, ą $P_{36}$ **197** uel *om.* $P_{22}$ | proficit $P_{22}$ *et corr. (e* profecit*)* $P_{36}^{a.m.}$ | offerendi] uel offerenti *add. sup. lin.* $P_{22}^{a.m.}$ | consuletur $P_{22}$ **198** amore fornicationis $P_{22}$ | coniuncxerit $P_{22}$ **199** peniteat $P_{22}$, penīt $P_{36}$ **200** alia] illa $P_{22}$ | inde] deinde $P_{22}$ **201** amorem $P_{22}$ | suscipiat *corr. (e* suscipiet*)* $P_{36}^{a.m.}$ **202** sacramento $P_{36}$, sacrata $P_{22}$ *et corr.* $P_{36}^{a.m.}$ | penī(t) *codd.* **203** commisserit $P_{22}$ **204** confesus $P_{22}$ | ępō $P_{22}$, æpīs $P_{36}$ **205** reddere] redimere *(uid.)* $P_{22}^{a.c.}$ | ponere] componere $P_{22}$ **207** penitentia] peñit $P_{22}^{p.c.}$, penit*** $P_{22}^{a.c.}$ | augeatur $P_{22}$

---

**76**: B113, C37, G19, XVII.7 | **77**: B114, C47, XII.5 | **78**: B115, C137, G109, IV.5a | **79**: B116, C138, G108, IV.5b | **80a**: B117a, C135, G112a, IV.4 | **80b**: B117b, C136, G112b, IV.7a | **81a**: B122a, C60a, G166, III.2a | **81b**: B122b, C60b, III.2b | **82**: II.1 | **83**: B127a, XX.8 | **84**: B127b, XX.9 | **85**: XIV.15a | **86**: C191, G191, XIV.15b | **87**: VIII.6b | **88**: III.3b

‹89› Qui cibum inmolatum commederit deinde confessus fuerit sacerdos considerat personam in qua aetate ‹sit aut quandum deductus uel qualiter› continguit et ita auctoritas sacerdotalis circa infirmum moderatur.

‹90› Mulier que sobolem necauerit VII annis peniteat.

‹91› Laicus de monosterio monochum furtum disceserit, autem intret monosterium deo seruire aut humanum subitum.

‹92› Qui seipsum occiderit propria uoluntate, misas pro eo facere non liquet.

